

244
cum texere coeperis, et adnuculis instructus sis, de operam
ut per te, Ecclesia bene. Dominicana contra Jesuitas non
dum videre licuit, siue nec tibi nostra Germanica cum Win-
temberg. Typographi culpa. De vale et salve cum D. D. fra-
tribus plurimum. Heidelbergae 27. Jan. ab 15.

Serenissimo Principi Transylvaniae,
D. Gabrieli Bethlen

192.

Gratiam et pacem à Domino Servatore nostro,
cum humili servitiorum meorum oblatione.
Quod ad Illustrissimam Aelitudinem Tuam, Princeps Sere-
nissime, ego minimus servorum Dei hoc brevitulum di-
rigere volui, fecit paternus meus affectus erga tuam na-
tionem Ungaricam literatam, quae magno numero
apud nos in castris Misarum militat laudabiliter,
sum precipue duos Aelitudinis Tuae Reverendissimi Viri
Stephani Bethlen, senior Ecclesiae Varadiensis, amicus
meus antiquus, superiore anno mihi de meliore nota
commendavit; Horum diligentiam et studium inde-
fectum, cum pietate, et modestia conjunctam Sere-
nitati Tuae sine fide commendare, possum. Confido enim
eos coeptum curriculum pari fide, ita continuaturas,
ut Ecclesiae patriae salutaria organa suo tempore se servant,
Tuaeque Aelitudinis munificentiam à se ad plures alios
traducant. Adhucarunt illi mihi, quam res confirmat,
heroicam pietatem Tuam, quod tempestatibus et motibus
sevisimè fortiter prudenterque sedatis, et tranquillitate
Reipubl. restituta, non Anti-Christo vel haeresibus, sed
Christo portas regni tui aperias, sinceramque Evangelii
predicationem religiose foveas, insuper bonarum lite-
rarum studia, absque quorum cultura nec religio vera,
nec ipsa humanitas facile conservetur, cura cordis in
tantum habeas, ut Musis istis illustre Gymnasium erigere
moliaris, in quo cum Theologia orthodoxa reliquarum
disciplinarum et linguarum professiones audiantur,

vigeant, floreat. Aem profectis curant, Te Principe
dignam. Vide Reges priscos Davidem, Salomonem, Alexan-
dram, Ptolomaeum, nam Musarum cultu minus quam
Martia virtute clari sint. Taceo nostri seculi Prin-
cipes celebriores, qui cum omni virtutum genere exelle-
rent, ea re tamen maxime, quod Gymnasia Musarum
et literas per viros Eruditos Ritore suo restituerent, et
coelestis doctrina aurum a foras Papatus vindicarent,
praecipuam gloria partem sibi paraverunt, Deo pariter
atque mortalibus amabiles. Aeternam nomini suo laudem
peperit Christi Servatoris nostri mirando beneficio
dignus habitus fuit sententia ille in Evangelio, qui et
gentem Iudeorum, in qua tunc erat Dei Ecclesia, di-
lexit, et Synagogam eorum magnificentia sua edifi-
cavit. Quanto majorem nominis gloriam famamque
virtutis merebitur felicitudo Tua, Princeps Serenissime,
si non modo veram Christi gentem, Ecclesiam Orthodo-
xam, quod facis, vere diligere, sed et quo coepisti
Zelo edificare, perrexeris. Vere enim hoc est, non
Synagogam Iudeorum, sed Ecclesiam Christi edificare,
tales munifici enutrire, qui doctrinam Evangelii
sincere doceant, contra fermenta humana preme-
asperant, promoveant. Sic pietate et veritate, quae de-
mentia mater est atque iustitia, stabilis thronum
tuum, iuxta scripturam, et Dominus Jesus guberna-
tioni Tuae benedictionem suam coelitus adspirabit, ut prope-
retur introitus et exitus tuus, cujus voti mei testem
nec non humilimum subjectionis meae obsequium, in Seren-
nitati Tuae IRENICUM hoc nomen Ecclesiae pacis nuper
dicatum, absens praesens in manus offero. Tu serenitas
quae, fronte suscipe, et qualia haec sint studia nostra
cognosce. Deus Te princeps Serenissime, tranquillita-
tati et posteritati Transylvanicae in multos annos
sospitem florentemque conservet. Heidelbergae 25. May
Julian. ibis.

Illustri